


**Q**uoniam vi-di i-niquitátem et contradicti-ónem in ci-vi-táte.




Atténde glóriam crucis ip-sús. Jam in fronte regum crux il-la




fi-xa est, cu-i i-nimíci insultavérunt. Efféctus probávit virtútem:



dómuit orbem non ferro, sed ligno. Lignum crucis contuméli-is dig-



num visum est i-nimicis, et ante lignum stantes caput a-gi-tábant,




et dicébant: Si Fí-li-i De-i est, descéndat de cruce Extendébat




il-le manus suas ad pópulum non credéntem et contradicéntem.




Si enim justus est, qui ex fi-de vivit, i-níquus est, qui non ha-




bit fidem. Quod ergo hic a-it, i-niquitátem, perfí-diam intél-lige.



Videbat ergo Dóminus in ci-vi-tá-te i-niquitátem et contradicti-



ónem, et extendébat manus suas ad pópulum non credéntem et



contradicéntem: Pater, ignósce illis, quia nésciunt quid fá-ciunt.